

Hermann Lembke

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Professor, Ad Exequias Quas Viro ... Dn. Theodoro Sandman/ S. S. Theol. Stidioso, Mater maestissima, Hodie ad horam 1. pomerid. paratas cupit; Omnes ac Singulos Academiae Cives ... invitat

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743119X>

Druck Freier  Zugang



Lembke, H.,
in
Theod. Sandman.
Rost. 1655.

26.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743119X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743119X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743119X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743119X/phys_0003)

DFG


PROGRAMMA
 QVO
 RECTOR
 Universitatis Rostochiensis
HERMANNUS Lembke/
 D. & Cod. Professor,
 AD
 EXEQUIAS,
 Quas
 VIRO
 Præstantissimo & Doctissimo,
DN. THEODORO
 Sandman/
S. S. Theol. Studioso,

*Mater mestissima,
 Hodiè ad horam I. pomerid. paratas cupit;
 Omnes ac Singulos Academia Cives officiosè ac
 amanter invitat.*

165(0)90



ROSTOCHII,
 Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
 Anno M. DC. LV.





Olcidos & vicin-
rum Gentium de *aurco*
vellere (thesaurorum co-
pias & venas metallicas
Plutarchus interpretatur)
apud Græcos ingens qui-
dem erat fama; Sed peri-
culorum magnitudo,
quum tot scopulorum & fretorū angustiæ tran-
seundæ forent, fermè omnes deterrebat, facie-
batq; uti hæc loca planè inaccessa arbitrarentur.
Et si autem *Sestii* & *Abydi* angustia, quæ per Cherso-
nesi Europæ & Dardaniæ Asiaticæ clausuras ma-
ri Ægeo in Propontida, & huic contrâ in illud,
aditum permittit, minor est difficultas: Longè
tamen majus, & fermè inevitabile in alterâ illâ,
Byzany & *Chalcedonis* angustiâ, Nautis immine-
bat periculum, per quam duo scopuli *Cyany*,
quorum alter Thraciæ Europæ, alter Bythiniaæ
Asiaticæ incumbebat, Propontidi in Mare Euxi-
num, & huic vicissim in illam, portas aperiebant.
Erant sanè hæc duo monstra procul visentibus
aspectu horrida, &, ob toties iterata ibidem-
nausfra-

Naufragia, Nautis detestanda, prorsusq; infamia;
idq; eò magis, quod hi bini scopuli non loco
subsistere, sed de ingenti stridore, quem freta
(namq; universi maris aquæ hic coarctantur, &
fermè captivantur) edere ut plurimùm solent,
accolis natatiles crederentur, ut nunc longius
ab invicem viderentur distare, nunc proprius
coire, & mutuis collisionibus majorem adna-
vigantibus formidinem incutere. Opticestan-
dem adminiculo (adeò magnus ejus rei usus est)
JASON Thessalus hunc errorem detexit, soci-
osq; suos Argonautas, per scopulos hos, inco-
lumes in Colchida, omniq; evitato discrimine,
deduxit. Enimverò animadversum est, saxa
isthæc non fuisse, ut jam jam dicebamus, nata-
tilia, aut loco, ceu videbantur, moveri; sed errorē
saltim esse, procul dubio, inde natum, quòd
Nautæ rectâ lineâ ab utroq; mari, Ponto & Pro-
pontide, ad Symplegadas collimantes, tacitâ &
latente voragine, quod in fretis non infrequens
est, haud sentientes quasi vi per flexas & refle-
xas ambages abriperentur, atq; exindè immo-
bilia ista, & grandia saxa, hinc illinc moveri,
nunc congregati, nunc vicissim retrocedere ap-
parerent. Cæterum per quas tacitas ambages
etiam Nos, dum in hac rerum mundanarum vi-
cissitudine, veluti mari quopiam, etiamnu-
jacta-

ja&tamur, haud sentientes abripimur! Nihil
nobis cum JASONE, decantato licet ac celebri,
commercii: cum JESU satiūs, unico & certo
id^ηγ^ρ, ex turbidâ, scopulosâ, & ἀξένω vitæ hujus
Propontide in æternum æternæ tranquillitatis,
vitæq; beatæ Pontum & portum vere εὐζενον da-
bitur nobis feliciter, exq; animi sententia, traji-
cere. Ostentet sanè iste JASON Ponticas suas
plures, aurei præsertim velleris de agno Colchi-
co, & itineris, aliis inaccessi, divitias: Nobis
vera & immensa voluptas erit, omnes in uni-
versum, Agni occisi merito, cælestes thesauros,
JESU nostri ducatu, obtinuisse, & per difficilem
mortis transitum, animæ naufragium evitasse.
Quam felicitatem cùm nobis omnibus, spe fir-
missimâ nixi, vehementer gratulemur; ita spei
portu jam superato, verius sibi gratulatur **Præ-**
stantissimus & Doctissimus D.N. THEODO-
RUS Sandman/ cui hoc ipso die funus parabi-
tur, cujusq; gratiâ de superioribus præfari non
nihil voluimus. Natus est hîc ROSTOCHI
Anno 1616. die 19. Novembr. Patre Koloff
Sandman/ judicij nostratis per viginti inte-
gros annos ministro fidelissimo: Matre
Elisabeth Volkemans/ Consulis Cracovien-
sis, e Ducatu hoc, filiâ. Avum habuit Jür-

A iii

gen

gen Sandman / Quackenburgi Westphalorum;
haud procul Osnabrugâ, quondam incolam.
Posteaquam per Baptismum à peccatis, in
quibus conceptus ac natus THEODORUS
erat, ablui, sicq; regeneratum CHRISTO ejusq;
Ecclesiæ inseri curâssent Parentes optimi, dein-
cepsid quoq; operam sedulò dederunt, ut nihil
intermitterent eorum, quæ probæ, piæ hone-
stæq; educationi factura esse viderentur. Adul-
tior factus singulari in do lead studia propendere
cæpit. Quæ ipsa ut eò rectius excoleret, Scho-
læ hujus oppidanæ , ejusq; quondam Directo-
rum Clarissimorum, Dn. M. HINRICI VUL-
PII, & Dn. M. EO WALDI Riben/ operâ atq;
informatione usus est. Anno 1632. Revaliam
usq; Præceptorum alterum, sc. DN. M. VUL-
PIUM (isenim ejusdem Gymnasii constitutus
jam eo tempore Rector erat) vocatus sequeba-
tur, ibidemq; non sine laude suâ , ac eximio
studiorum incremento , aliquot ordine annos
subsistebat. Anno 1635. in patriam redux (quam-
quam priùs universam Livoniam, quin & Mosco-
via, cæterarumq; adjacentium terrarum par-
tem lustrârat) qvùm jam cæterarum lingua-
rum haud pœnitenda fundamenta jecisset ; ori-
entalium Doctorem sibi adscivit virum CL. Dn.
M. JOH.

M. JOH. FABRICIUM, Dantisc, sub quo tantum
profecit, ut Arabicæ cùm primis lingvæ, quâ po-
tissimum delectabatur principia, ipse vicissim
docere alios potuerit. Sequenti anno 1636. non
contentus patriâ hac, ad exteram concessit Aca-
demiam, & *Regiomontanam* quidem, quòd ea cùm
omnium pacatissima, adeoq; Musis excolendis,
quæ nil magis, quâm quietem amant, aptissima
foret. Ibi qvum biennium ferè commoratus esset,
svasu tandem Parentum secundùm ad nos re-
diit, studiisq; Theologicis non adeò Theoreticis,
quâm Practicis, sic monente Viro quondam
Reverendo & Excellentissimo Dn. JOHANNE
QUISTORPIO &c. pressius aliquantò insi-
stere orsus est. Hinc aliquoties & hîc, & alibi
ex ambone sacras ad populum, doctasq; conci-
ones habere THEODORUS noster visus au-
ditusq; est. Eoq; exercitii genere aliquâm
multos annos insumpxit. Ante semestre ex pe-
store malè habere, crescenteq; malo, tertiatâ
ab hinc septimanâ lecto affigi cæpit. Quartus
dies vertitur, qvum eâdem instanti atq; urgen-
te valetudine, beatissimè, non JASONE, sed,
quòd suprà dicebamus, JESU viam præcunte,
è procelloso hoc terrarum mari in perennaturæ
quietis ac felicitatis portum, annos natus trigin-
ta novem

canovem, appelleret. Nos, Cives Academi-
ci, homini nostri ordinis ultimum honorem ex-
hibituri, frequentes in funere ejus, quod ho-
die circa 1. pomerid. efferetur, comparebi-
mus. Ut, igitur nemo eorum, qui jurisdictionis
sunt nostræ, præstare subterfugiat officium, sed
quisq; dicto tempore, in Æde B. Virginis, exe-
quendo, quem diximus, fini, sistatur, stu-
diosissimè contendō. P. P. sub Sigillo

Rectoratus, Anno

1655.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743119X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743119X/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743119X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743119X/phys_0015)


DFG

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77743119X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743119X/phys_0016)



jactamur, haud sentientes a
nobiscum JASONE, decantat
commercii: cum JESU satiu
mny^o, ex turbidâ, scopulosâ,
Propontide in æternum æter
vitæq; beatæ Pontum & por
bitur nobis feliciter, exq; anin
cere. Ostentet sanè iste JASO
plures, aurei præsertim velleri
co, & itineris, aliis inaccessi
vera & immensa voluptas eri
versum, Agni occisi merito, c
JESU nostri ductu, obtinuisse
mortis transiit, animæ nau
Quam felicitatem cùm nobis
missimâ nixi, vehementer gra
portu jam superato, verius si
stantissimus & Doctissimus D
R U S Sandman/ cui hoc ipsi
tur, cuiusq; gratiâ de superiori
nihil voluimus. Natus est hi
Anno 1616. die 19. Novem
Sandman/ judicij nostratis
gros annos ministro fideliss
Elisabeth Volkmans/ Coni
fis, è Ducatu hoc, filiâ. A

A nisi



Nihil
celebri,
& certo
tæ hujus
illitatis,
Ζενον da
ia, traji
cas suas
Colchi-

Nobis
in uni
sauros,
fficilem
evitasse.
, spe fir
ita speci
tur Pra
ODO
parabi
ari non
OCHI
Xeloff
ti inte
Matre
covien
uit Zür
gen